



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

18 de prioribus & præpositis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

de stat. monach ubi videtur per glossam quomodo visitatio faciendaper moniales sit. Et quae monasteria sint exempta. & quid per visitantes debeat emendari, nempe ut auferantur ab illis panni ferici, sandalia, comiti & cornuti crines, seu ancia, scacata & virgata caputia, choreae, festarum secularium confortia, vagationes extra claustra, voluptatam illecebrae, non obstantibus exceptionibus & privilegiis quibuscunque.

7 Erant t antiquitus apud paganos seu idololatrias & vestales virgines, quae perpetuum saltem vique in trigefimum annum post professionem emissam, consecrabant virginitatem: de quibus abunde nos diximus, libr. 40. artis mirabilis, cap. 11. 12. 13. vide vulgaria de iisdem apud Livium, Gregorium Gyraldum, Ovidium in Fastis, 6. Cicero. 1. de Natura Deorum. Pomponium Letum & Fenestellam. Eo autem nomine vestales dictas Berofus scribit, a Tithea vxore Noachi, quae dicta Hebraice Arctia, Latine terra, quod mater omnium viuentium esset, & Esta, post mortem cognominata, id est, ignis. Quia ipsa regina sacrorum fuerat, & puellas docuerat sempiternum ignem sacrorum inextinctum seruare, Berofus, lib. 3. Desloratio. historia Chal. Erant tamen Deo addictae, vt opinor, tempore Noachi illae virgines, quae fouebant ignem perpetuum, qualem voluit perpetuo quoque ardere & inextinctum in suo tabernaculo custodiri versus Deus tempore legis Moisaicae, Leuit. 6. nec aliorum inferri, Leuit. 10 Sed similia illi Dei, qui voluit Deus haberi Deum, hoc institutum, sicuti & pleraque alia imitatus, in suam superstitioem & impietatem conuerterit, & voluit etiam in sua idololatria virginum habere coetum, vestalium nomine, quas eius sceleratae religionis pontifices maximi arbitrati suo delibant, semotis suffragii populi, Gellius, lib. 1. c. 12. certis adhibitis caeremoniis & legibus.

8 Christianae t moniales regulares sunt, diuersae regulae & habitus, prout viuendi institutum delegerunt, eademque profitentur generaliter seruaturas, quae monachi, videlicet castitatem seu virginitatem, paupertatem & obedientiam & alia, quae ordinis, in cuius numerum transeunt, sunt. Quaeceptis t quibusdam, quae apud Theutones seu Germanos nominantur canonicas seculares, quae nullam faciunt professionem, nec renuntiant propriis, imo contrahunt matrimonium gloss. Et text. in cap. dilecti, in verbo. canonicas de maior. & obed. Itae sanctimoniales videntur improbatas, leg. in demeritibus, §. pen. de elect. in 6. quae nullam regulam expresse profitentur, & hospitalitatis nomine se tuerunt, item & per Innocentium 2. in can. permissio, 18. q. 2. Sunt eius generis in Austria & Lotharingia monasteria in gratiam filiarum nobilium virorum, non aliarum, tanquam hospitalia edificata, & relictibus pluribus dotata. M. Mantuan. libr. 2. Enchirid. rerum singul. cap. 49. putat, dictas esse biguinas tertii ordinis, quae neque paupertatem, neque continentiam, neque obedientiam profiteantur, & vocari has pinzocheras. Existimo tamen alium ordinem illum esse, quam de quo loquor, nempe mulierum nuptiarum quae de tertio ordine dicuntur, & quae habeant coniugem, de quibus Ludouicus Romanus, consil. 367. in cap. circa primum. Quarum ordo in concilio Auinonensi reprobatus fuit, vt ait Cyanus, in auct. sed quamuis, de rei vxor. ad. C. mulieres porro Teutonicae seu canonicae regulares, quamdiu moniales sunt, non habent maritos, sed possunt ex eundo libere nubere exceptis paucis, vt dicuntur nempe abbatissa, priore, sacrista: quae perpetuam virginitatem solae vouent. Quae t & aliud genus monialium deferentium quidem habitum, & quae tenduntur, in monasterio ob adulterium detrusae, verum tamen proprie non sunt monachae text. cum gloss. in auctent. sed hodie, in verb. recipere. ad l. Jul. de adul.

11 Velum t accipiunt in professione virgines, & non viduae, & quas velare prohibentur episcopi, can. de notis, §. fin. 20. quast. 1. 12 Consecrantur t ab episcopo moniales, vel eius consensu & auctoritate a presbytero, can. si iubeat, §. fin. & can. presbytero, 26. quast. 6. ca. 1. de temporib. ordina. Sciri autem & definiti dies fuerunt certis, quibus licet virgines consecrare tantum, nisi necessitatis alia causa urgeat: dies videlicet Epiphaniae, hebdomada Paschalis, dies natalitii apostolorum, dominici, can. de notis virginibus, 20. q. 1. Viuunt t vel viuere debent moniales & Alcertia secundum proprii ordinis professi leges, de quibus paulo ante dictum. Sed nec licet illis, quae virginitatem suam Deo consecrarunt sponte, nubere, can. puella, 20. q. 1. Et constitutione D. Basilii monachis cuius monialibus habitare non licet, neq; monachus pernoctare seu cubare in monialium monasterio, neq; singulariter cum monacha conuiuari, can. diffinitus, & can. in nullo loco, & can. peruenit, 18. quast. 2. Incauta enim & inconfluta familiaritas mulierum &

clericorum suspecta, periculosa, & offendiculo est, dist. can. peruenit. Quare nec monialis cum clericis vel aliis monachis in vno choro psallere debet, can. permissio, 18. q. 2.

Atque t recte cauit Nicena synodus secunda, in can. 20. Synod. 2. Nicen. ne duplex esset monasterium, id est, ne vno ambitu monasterium virorum & mulierum concluderetur, propter scandalum. Cautum quoque ne monasteria mulierum ab hominibus frequententur. Sic t & legitimus templum Vestae & virginum apud ethnicos non fuisse consecratum, ne illac Se: atus accederet: non enim poterat alibi quam in augurato loco curia aut senatus haberi, Siluius, in 7. Aeneid. Vergiliu. ubi Herendum Iulius ac religione parentum.

Imo t vt omnis suspicio abfit ab istis virginibus statutum quoque, vt cuiuscunque ordinis sint, siue Basiliani, siue Augustiniani, aut Benedictini, in coenobiis, ecclesia, refectorio seu coenaculo & dormitorio simul conueniant, vna degant, nec separatas aedulas sibi construunt vel habeant, can. perniciosam, 18. q. 1. Inhibetur & monialibus tangere sacra vasa, sacras pallas, incensum circa altaria deferre, ca. sacros, 21. dist. 18.

De Prioribus & Praepositis. Cap. 18.

- 1 Priores, & prioratus qui.
2 Priorum alii claustrales, conuentuales, & seculares, & qui horum prioratus.
3 Prioratus regulares tantum dantur regularibus professis.
4 Prioratus regularis perpetuus, & quibus ex causis adimatur.
5 Priores seculares qui.
6 Praepositi quis, & vnde dicitur.
7 Praepositura a beneficium cum dignitate, & sine.

Priores t dicuntur, qui aliquibus ecclesiis praesunt supra alias personas earundem: vnde & prioratus, ecclesia, quae illis in titulum dantur, nominantur. H. rum t alii sunt claustrales, alii conuentuales, Clement. 2. de rescript. alii seculares. Claustrales sunt, qui praesunt coenobitis post abbatem vel alium antistitem, quorum funguntur vicaria potestate & opera intra monasterii claustra. cum ad monasterium de statu monachor. Conuentuales illi, qui principes coenobio constituti sunt, quibus nullus abbas vel alius dignior imbi est. Clement. 1. §. ceterum, de stat. monachor. Et prioratus t horum obtineri non possunt ab aliis, quam qui expresse ipsius ordinis cuius sunt professionem legitimam emisserint, & electi sint iure a suis capitulis & instituti. Perpetui tamen, vt iis praefecti non possint amoueri ab illis, praeterquam, si bona monasterii dilapident, & perdant, vel incontinenter seu impudice viuant, aut si in aliud monasterium transferantur, cap. 2. de stat. monach. apud Gregor. Prioratus conuentualis dignitas est, claustralis minime, gloss. in Clement. 2. de rescript. in verbo conuentualium, & Pannon. in cap. nisi, de praben.

Priores t seculares dicuntur, qui habent prioratus seu beneficium prioratus, quod solitum est regi per clericos seculares. Interdum quoq; prioratus est, regularis, sed per seculares cura eius exerceri debet, Clem. 1. §. ceterum, de stat. monach. quia a mente iuris alienum est, vt animorum cura concedatur regularibus, cap. 1. de capel. monach. apud Gregor. Itaque quia regularibus praeficitur regendae plebis causa, vel rector, vel Vicarius perpetuus dicitur, prioratu remanente apud alium, vel penes monasterium, vel capitulum aliquod, cap. ex fimpanda, cap. 30. §. qui vero, de praben ap. Gregor. Sicque qui ei portionem praebet, prior nomine bitur.

In t ecclesiis in quibus regularibus in canonicos transferunt, loco prioris conuentualis in secularitate, vt dicunt, succedit aliquando praepositus, vocant preuost, si is prioritate dignitatis praefulgeat: quemadmodum Tholosae in ecclesia S. Stephani, post quem secundum ibi locum tenet cancellarius, Ansvr. quast. Thol. 13. Quamquam Guido Papeus existimet, eum successisse in locum quatoris, Guid. Pap. decis. 4. 36. Praepositus is generaliter erit, qui praefectus aliquibus est, ca. quamuis, de verb. & rer. sig. apud Gregor. sed & is vltalis, qui primam habet inter aliquos dignitatem.

Quamobrem t & praepositura per se singulare nomen beneficium ecclesiasticum facit, quod assiduitatem, seu, vt loquuntur iura, residentiam exigit, cap. ex parte, in 2. de cleric. non residen. & etatem & scientiam legitimam & ordines, ca. dudum, in 2. cap. 22. de electio. In aliquibus tamen ecclesiis ex earum consuetudine, vbi officium nullum gerunt praepositi, praepositurae dignitates non sunt, Rota decis. 451. in nouis. vt in Carnotensi & Turonensi ecclesia, Innocen.



